



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Incipiens ab Anno Domini D.XVIII. perducitur vsque ad Annum D.XC.  
nempe ab Anno primo Iustini Senioris, vsque ad quintum Mauritij Augusti.  
Complectitur annos LXXIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Sanctissimo Ac Beatissimo Patri Et D.N. Clementi VIII. Pontifici Maximo  
Cæsar Baronivs S.R.E. Cardinalis Tit. S.S. Martyrvm Nerei Achillei  
Sempiternam felicitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14926**



SIANCTISSIMO AC  
 BEATISSIMO PATRI  
 ET D.N. CLEMENTI VIII. PON-  
 TIFICI, MAXIMO

CESAR BARONIVS S. R. E. CARDINALIS  
 TIT. SS. MARTYRVM NEREI ACHILLEI  
 Sempernam felicitatem.

**R**ESOLVO & ad pedes Sanctitatis tuæ, Beatissime Pater, se-  
 ptimum Annalium nostrorum Tomum defero, sed tardius  
 quam solebam: vix enim tandem aliquando emergere li-  
 cuit ex multarum difficultatum veluti spinetis, quibus ex-  
 plendis diu multumq; laboravi. His accessit, quod hoc to-  
 mo potissimum narrentur multiplices Romanæ Ecclesiæ  
 ætate, nimirum exilia & nece indignissimæ Summorum Pontificum à se-  
 ditiosis & factiosis hominibus profectæ, qui sicut impiè, ita & ambitiosè in Se-  
 dem se Pontificiam intruserunt, nec minus, sed multo etiam magis ab illorum  
 Principum temeritate & audacia, qui successores transilire, & ad ea quæ ipsis  
 concessa non essent, manus admouere non dubitauerunt: quibus incommodis  
 accesserunt hæreticorum & schismaticorum aduersus Ecclesiam Catholicam  
 machinationes & doli, ac vexationes assidua. His igitur luctuosis narrationi-  
 bus pertendendis stylus, noster etiam retardatus atque defatigatus est.

Sed quoniam in illis quoque voluminibus, quæ hætenus à nobis sunt edita,  
 complura eiusdem generis argumenta, aut certe non valde dissimillima acci-  
 derunt: vereor ne parum idonea huius dilata editionis excusatio à me afferri  
 videatur. Quare vt verè & liberè dicam, honores & dignitates coaceruata,  
 quibus breui tempore immeritam me & nihil tale cogitantem cumulasti, ac-  
 cidit & expedite currenti, tamquam laxæ nimis & laciniosa vestes, impedi-  
 mento fuere, partim ipsa rei natura, partim nouitate.

Primum enim me Notarium tuum & sanctæ Sedis Apostolicæ creasti ex  
 primo ordine eorum qui Numerarij dicuntur: cuius sanè dignitatis indumen-  
 ta celsi Instituto nostro non planè aliena viderentur, quod tamen essent incon-  
 grua voluntati, impedimento potiùs, quam tegumento fuere, & oneri, quam  
 honori. Vbi verò amplissima dignitatis laxiora fusioraque ornamenta pur-  
 pure additi, cursus noster nouæ vitæ nexibus implicatus, iam multo magis  
 retardatus: adeo vt mihi non secus ac Dauid acciderit, dum regijs in-  
 dumentis incedere non valeret, eo quod (vt ipse dicebat) consuetudinem  
 non haberet, qua eò magis ipse carebam, quò longius aberam à proposito:  
 statueram

LIBRARIUS  
 SVIII



statueram enim, votisque nuncupatis & iteratis saepe firmaveram, tellis est DEVS in privato illo simplici vite genere quod instituto, & ha-  
tenus feliciter ducto bene praecinctum mundi condempni, & expeditum  
vsq; ad obitum permanere, vna cum lobella decantans: In nidulo meo mori-  
ar, & sicut palma multiplicabo dies, quae diminutione eorum quae dorsum  
sunt foliorum, proceram extollitur caelum versus dulcibus foecundaru-  
ribus.

Illud insuper Sapiens assiduo mente voluens, & serio concepit  
misericordia, potentes autem potenter tormenta pariturus, & quod Do-  
minus comminatus est, iudicium subituros forte grauius atque durius; ma-  
ioremque condemnationem accepturos, qui primas indigne cathedras oc-  
cupant: libentius me, sicut & tutius, intra domesticos parietes continebam:  
perterebat namque me multo magis illa, quam videre meditabar, manus  
hominis contra candelabrum in pariete publico, in ipso Ecclesiae albo scri-  
bentis, statera & pondera praefertens, quibus expendendi essent omnes  
ad Cardinalatus dignitatem assumendi: atam illant, inquam, sancti Ber-  
nardi ad Eugenium Papam scriptam considerationem ob oculos omnium  
positam vna cum recti iudicij statera, & ponderibus sanctuaris: quibus si  
quis appensus inueniatur minus habens, vt adulterinus procul eiciatur ac  
reprobetur.

Ea quidem tam multa dum quis prudens perlegit, atque adeo magna,  
miraque & difficilia, arduaque considerat, eademque plurima numero &  
diuersa recenset, ac mente scrutatur eminentem sublimemque omnibus  
absolutam numeris sanctitudinem vite, quam exigit durus exactor ab eo  
qui eligendus est Cardinalis, necesse est, vt timore perterritus, propriae  
conscientiae imbecillitatis, despondens animum (quod non nisi cum summo  
salutis aeternae discriminatodeo celsa petantur) omnino resiliat, penitusque  
refugiat, atque etiam precibus periculum sedimat, illaque Loth verba pro-  
ferat: Non possum in monte saluari: ne forte apprehendat me malum, &  
moriar. est ciuitas haec iuxta, ad quam possum fugere, palma, & saluabor in ea,  
quam iure dixerim priuatae vite confugium. Ista quidem prudens: sed vir in-  
sapiens non cognoscet, & stultus non intelliget haec: iure enim congruit  
Gregorius Theologus, quorundam hominum insipientium ignorantia fa-  
ctum esse, vt quae ardua & arumposo, vallat periculis atque molestis Eccle-  
siastica dignitas sit, eadem lata, ampla, ac plane regia & singularis, plenaque vo-  
luptatibus iudicetur. At non ita sapiens cuncta diiudicans, addensque scien-  
tiam, addit dolorem, eum pluribus certat exemplis, istiusmodi fuisse omnes  
sanctissimos viros nimium praegratuatos & curuatos esse pondere quo portant  
Orbem, atque robustissimos licet gemuisse gigantes sub aquis.

Ista, inquam, considerans, non est quod queri possis, Pater Sanctissime,  
quod Sanctitati tuae ipse adeo videar reluctatus: sed siliceret, esset mihi ita  
expostulandum, quod cum a praedecessoribus tuis, qui me a priuatae vite por-  
tu abstrahere non semel voluerunt, tamen quam deprecatus essem obtinuerim  
honorum immunitatem, a te vero, a quo magis amari scirem, nequaquam  
potuerim impetrare: sed quo mei amantiorem (venia petita dixerim) & vno  
lentiorem

b Tob 20

c Sap 6

d Mar 13

e Luc 10

f Dan 5

g Bern ad

h Eug 44

i Gen 19

k Psal 91

l Gregor

m Naz ora

n ad patr

o Tob 7

p Tob 26



lentiorem exieris, cum per tuos seorsum abreptus, cubiculo clausus, vix-  
que tandem ut audire multum rogans, admissus ante conspectum tuum An-  
gelis reuerendum, post meam defensionem, abs te responsum illud vnum tan-  
tum acceperim, quo robusta voce diuinam anathematis protulisti sententiam, si  
amplius resisterem, & nisi penitus acquiescerem. Quem non terruisset, ac non  
pallidus deiecisset atque prostrasset talis erumpens e caelo repente tanto fragore  
tonitruum, fulmen aeternae damnationis explodens?

In subactis, per manus dedi, non aequum animum: si enim licuisset, retra-  
xissent illas sicuti Sara olim, cum e materno utero progressurus, ubi se altera  
manu vinctum coccino lenit, primigenia non gurans, eam retrahens, eundem  
repetit uterum, malle se non nasci significans, quam vinctum purpura pro-  
gredi, sed licet naturae tandem ille cessit imperio, qui supra naturam quid-  
am admiratione dignum visus fuerat operatus: ita & ego legibus Christi  
in temperare coactus, inquam abortiuus sum proiectus ex utero, illo vide-  
licet, in quo semel conceptus spiritu, cupiebam formari in virum perfectum,  
nec exire donec transferretur ad tumulum, ne oculus me videret. Maternum  
iure dixerim verum domum illam, in qua post conceptionem illam meam  
coalescere cum fratribus meis, diemque extremum claudere absque aliqua lucis  
usura, fulgore, videlicet cuiuslibet dignitatis, in mentis firmo proposito erat,  
ne illud audirem infans: Quare misero data est lux? Lux enim (inquit S.  
Gregorius) miseris datur, cum & tolerare honoris munera compelluntur.  
Cum ergo tanti etiam Patris sententia non nisi miser homo ex collatis honori-  
bus censeatur, pro huiusmodi minime gloriabor.

Quod si gloriari licet (dicam cum Apostolo) libenter gloriabor in infir-  
mitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi: propter quod placeo mihi in  
infirmitatibus meis, utpote quae sint vera signa diuinae vocationis, eiusdem Pauli  
ita stylo formata: Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sa-  
pientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quae  
stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infima mundi ele-  
git Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia ele-  
git Deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret, ut non gloriaretur omnis  
caro in conspectu eius. Quae omnia humanae imbecillitatis signa notis amplissi-  
mis in me expressa cognoscens, si voluero pro huiusmodi gloriari, non ero infi-  
piens. Quo etiam sensu licebit & illud eiusdem Apostoli appposito usurpare:  
Decet nemo mihi molestus sit: stigmata enim Domini mei IESU CHRISTI  
in corpore meo porto, illa inquam a Paulo eo modo imbecillitatis notis de-  
scripta, veluti indices diuinae vocationis characteribus Apostolicis exarata,  
quibus impressus & insignitus magis exulto, Deo gratias agens, quod nihil in  
his sit quod humana industria sibi tribuat, sed totum sibi vendicet diuina pro-  
uidentia, ad hoc mouens tuae, Clemens, clementiae abundantiam.

Cuius rei gratia, magna est mihi parta de patrocinio diuino fiducia, eoque  
maior, quo fidei flores videar nactus Apostolos suis scriptis id ipsum pollicer-  
is: nam Paulus: Qui cepit (inquit) in vobis opus bonum, perficiet usque in  
diem CHRISTI, IESU acurrum: Fidelis est qui vocauit vos, qui etiam faciet, ad-  
huc Petrus: Qui vocauit nos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.

Quod



Quod non pro me tantum, sed æquum est id ipsum sentire pro omnibus alijs, quos vnâ simul amplissima dignitate donans in sacro Cardinalium collegium cooplasti.

Exod. 26.  
36.

Tu enim eosdem quos conceperas diuino spiritu, diu mentis vtero continens, simul ipsos pariter peperisti: Tu inquam, qui nihil inconsulto, numine aggredi, & annuente prosequi atque perficere consueueris: Tu in se, a quo nulla actio præcox, sed assiduitate precum & considerationis maturitate decocta procedat, vt sapiens architectus, videt super illas sexdecim bases argenteas, quas Beseleth<sup>a</sup> diuino spiritu plenus statuit ad tabernaculi angulos muniendos & exornandos, totidem modo desuper erigere voluisse columnas. Quo nomine cum ex toto Orbe Catholico gratiarum tibi infonent actiones: quas ego dignè repetam, quod me longe in meritum vnâ cum eis ad tantam sublimæ dignitatem, & ad tam sublime fastidium honoris licet indignum euexeris: in hunc assumptis in eminens illud collegium Apostolicum, infirmum verò statueris in templo, columnam: obscuram licet, lucens tamen & ardens exeris supra sacrosanctum altare candelabrum: vilem rudemque lapidem in Rationali collocaueris cum expolitis lapidibus pretiosis: annexisque debilem Ecclesiæ sanctæ cardibus illis, super quos quæ sunt in terra cæloque verantur. Ita tanta considerans, longè me imparè esse sentio, vt dignè pro collato munere satisfaciam.

Augendæ verò & ea quæque ex parte multiplicandæ sunt magis gratiarum actiones, quod ad mensuram bonam & confertam, coagitatam etiam, & supereffluentem adieceris: bis enim me, cum alterum me, meum vnanimem ad eundem amplissimi honoris gradum extulisti, quodammodo proæxisse videris; dum scilicet Archiepiscopum Auenionensem allegeris Cardinalem Apostolicum virum, formam antiquæ probitatis, cui à spiritualibus incunabilis fuisse nexibus indiuiduæ charitatis obstrictum gloriôs, fratremque meum verè esse germanum exulto, ambos nimirum eodem parente, viro illo planè diuino Philippo Nereo secundum spiritum generatos, eiusdemque luxisse vbera matris, sicut ipse primogeniti prærogatiua præcedat, atque multò magis meritis antecellat, cum in ipso virtutum progressu eius respectu ego quasi pedes (vt veteris prouerbiunt habet) ad Lydium currum exiterim: adeò vt vix licuerit oculis consequi ipsum ardua atque virtutum petentem, nedum æquis passibus affectari: vt solatium sit, eius saltem impressa relicta vestigia sequi, eisque insiltere in reliquo qui superest vitæ cursu iam ad terminum prolabente.

Ad multiplicem rursus gratiarum actionem ex tanta beneficiorum redundantia in chartis nostris veluti in alueo iugiter fluxuram, illam hæud mediocrem adijcimus ex eo beneficio simul addito, quo vniuersi esse bene consultum futura Annuum scriptioni: adeò, vt quem ad dignitatem promoueris, non amoueris ab instituto; neque cum vocaueris, reuocaueris a cæpto scribendi munere, sed opus vt geas, quod ex optes ad finem perducere; cui vt sollicitus vacent, vacare me velis ab ingruentibus negotijs meliori parte dici, quam ab interuentoribus liberam esse iubeas, & Annalibus integrè custoditam.

Cuius



Cuius terra & hic ipse tomus, qui septimus mihi nascitur partus, & p-  
stremus timebatur, claudere matris uterum, tibi latus occurrit obla-  
tus, ita iam de matris in futura propagatione securus ( quantum tamen in hu-  
manis rebus securitas esse possit) exultans pariter, quod & tua benignitate pro-  
greditur sanctorum Martyrum titulo gloriosus, incedens stipatus tantis caele-  
stis curiae Senatoribus, septus nempe altero latere Nereo, altero Achilleo Petri  
deus oculis, decori triumphalibus palmis atq; coronis, quos datos in itinere co-  
mites, suos etiam cupit esse patronos, atq; perpetuo apud Deum intercessores.

Præm vero dicendi facturas, Pater sanctissime, audi, rogo, quæ adhuc maxi-  
me cuperem superadijci. Ad tantum honoris verticem sublimatus, tibi que ipsi  
ut magna aquila lustranti Orbem pullus in expertus inhaerens, abste peto du-  
ci, doceri, a que iuvari. Tu recta ducas caelum versus, ne declinans ad dexte-  
ram siue finitæram, vel prosperis ventis alleuer, vel deprimar aduersis: Doceas  
ante quæ sursum sunt sapere, non quæ super terram, oculosque ad Solem il-  
lum iustitiæ fixos tenere, neque deorsum ad ea quæ sunt mundi habere respe-  
ctum: Iuuesque admixculo alarum tuarum, imponens debilem super hume-  
ros fortitudinis tuæ, quibus Orbem quoque sustentas: ut ita à terra sublimes  
diuina petentes (secundum quod ait Apostolus<sup>a</sup>) reuelata facie gloriæ Domini  
mini specularis, in eandem imaginem transformemur à claritate in clarita-  
tem, tamquam à Domini spiritu, e præsentem videlicet claritudine purpuræ ad  
stolas illas eandentes, dealbas<sup>b</sup> in sanguine Agni: sicque per ascensum pur-  
pureum istum perueniamus ad reclinatorium<sup>c</sup> aureum, beatam illam re-  
quiem, ubi Deus cum Sanctis suis in æternum regnat.

Demum vero, Summe Sacerdos, oblatum septimum hunc Annalium to-  
mum, nouæ primitias dignitatis, veteris verò agriculturæ fructus, tua benedi-  
ctione dignum redde diuino conspectu: ut cum per eam Deo ipsi, cui in primis  
offertur, sit gratus, gratia diuina reconcilietur auctori. Vale, Beatissime Pater,  
teque mente recta gradientem in omnibus vijs tuis Deus custodiat semper.

<sup>a</sup> 1. Cor. 3.

<sup>b</sup> Apoc. 7.

<sup>c</sup> Cant. 3.





